



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Oblationes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

- 14 Nihil edatur sine licentia Vicariorum sub pena amissionis officii. *ibid.*
- 15 Denuntient legata pia postores saltē menses à morte testatorum sub pena excommunicationis ipso facto. *Pro. 2.*
- 16 Notarii quorumcumque locorum tenentur in virtute sanctæ obedientiæ & sub pena priuationis officiorum, ac solutione dupli, reuelare omnes dispositiones in favorem Sac. Aëdis Lauretanæ factas, vel faciendas intra octo menses à die mortis disponenti, extra Italiam intra verò, infra tres menses. *Pius V. apud Naldum V. Eleemosyna. n. 12.*
- 17 Si autem dispositio esset inter viuos, intra idem spatium à die solutionis facienda computandum. *Idem ibid.*
- 18 Quām breuissimè possunt, scribant reiectis superuacaneis, maximè in repetitionibus dignitatis iudicium, vel litigiorum. *Pro. 1.*
- 19 In criminalibus potest Episcopus vii Notario criminali ciuitatis, qui, si aduenia sit, non excedat tamen taxā sub quo uis prætextu. *Congr. Ep. 14. April. 1615.*
- 20 Vbi non sunt Notarii in Diœcesi, adhibeantur duo vitæ integritate homines, qui acta conscribant, iisque mercedis taxa maior ne sit, quām Notariis prescripta. *Pro. 3.*
- 21 Cancellariæ ne vendantur, locentur ut nec earum nomine quidquam soluat sur quotannis quo uis prætextu. *Pro. 1.*
- 22 Tabella edatur eorum, qua sunt expedienda gratis. *Pro. 5.*
- 23 Pro litteris dimissoriis, seu testimonialibus ordinum seruetur decretum Concil. Trid. *ibid. v. Litt. dimissoriæ et testimoniales. num. 14. 15.*
- 24 Munera quæcumque ne recipiant Notarii, prout in iuramento supra posito. *Pro. 4.*
- 25 Idem extenditur ad scriptores Cancellariæ Episcopalis. *Pro. 5.*
- 26 Mercedem, quām acceperint, scribant in fine causæ, seu processus, notatus diebus, quibus diuisim acceperint. *Pro. 4.*
- 27 De emolumentis Cancellariæ Episcopalis nihil prouersus utilitatibus priuatae ad Episcopum, eiusu mensam, aut Vicarium aliosue nisi ad Cancellariam, Cancellarium, & ministros pertinient, sub pena quadupli in Ecclesiæ restauratio[n]e, vel sacrifia vsum erogandi. *Pro. 5.*
- 28 Certus in ea habeatur liber protissimum Ecclesiæ, Parochialium præsertim, aliorumq[ue] beneficiorum, quæ examine adhibiro conseruntur, in quo scribantur acta examinantis, dies vacatio[n]is, & modus dies editi, & prorogationis eiusdem; nomina examinatōrum, & examinandorum; dies examinantis, reiectorum, approbatōrum, nomen electi ab Episcopo, & his similia. *ibid.*
- 29 In alio libro scribatur confessariis, cōcionatores approbati, seu reiecti cum nominibus examinatōrum. Itē ordinati, & alii, qui examini subiiciuntur. *ibid.*
- 30 Alia notabiliora, & criminalia quoque in tabellas referantur. *ibid.*
- 31 Notarios Episcopales tenentur omnino sibi sumere Iudices, & alii in litteris remissorialibus, & compulsorialibus Ecclesiastici deputati in iis exquendis. *Pro. 7.*
- 32 Notarius Episcopi gaudet priuilegio foti. *Gratian. disc. cap. 340. tom. Et si delinquit, etiam sit laicus, punitur ab Episcopo. Ricc. in prax. ref. 471. num 3. V. Forum Episcopale. num. 31. 59. 68. Visitatio Episcopi. num. 58.*

## ADDITIONE

## Nuncius Apostolicus.

**N**on debet exercere Diuina in Ecclesia Archiepiscopi sine eiusdem licentia. *Congr. Rit. q. Martij 1593.*

2 Neque potest ordinare clericos illius Provincie ordinibus sacris sine facultate sedis Apostolice, sed pecunia cont. Trident. Congreg. Concil. 16. April. 1633. Vide: Archiepiscopus.

## Oblationes.

**O**blationum institutum in Cathedrali, seu Parochiali Ecclesia ad Missæ sacrificium colligetur ut, & ubi non est, restituatur. *Pro. 4.*

2 Aliis in Ecclesiis interdictur oblatione. *ibid.*

3 Ad consuetudinem retinendum, oblatione

- lationum populi cogi possunt, non à sacerdote, sed ab Episcopo, cuius auxilium est implorandum. Syl. V. Decima. quæst. 2.
- 4 Non potest ciuitas per statutum mutare resolutas oblationes, idem ibidem Secundum.
  - 5 Oblatio in Missa fiat dum tantatur Offertorium, & omnino ante oblationem Hostiæ. Prou. 4.
  - 6 Primo mares, deinde feminæ offrant. Prou. 1.
  - 7 Neque patena, sed crux, aut sacra imago ad osculandum eo casu præbeantur. Prou. 3.
  - 8 A notoriè criminosis ne accipiatur oblatio. Prou. 4.
  - 9 Nec ideo sacerdos longe discedat ab altari, minusque per Ecclesiam eidem ire liceat ordinari. ibid.
  - 10 Offerentium commemoratione fiat in Missa. ibid.
  - 11 Oblationes factæ in Missa Episcopi celebrantis in aliqua Ecclesia Parochiali, sunt Episcopi, nisi celebret ibi nimis frequenter. Genu. infra n. 8. 9.
  - 12 Oblatio facta in Cathedrali, nisi ad certus usus fiat, Episcopi arbitrio referuatur. Prou. 4.
  - 13 In Parochiali facta, seu in alia Ecclesia de licentia superiorum intra fines Parochia, Parochio detur. ibid.
  - 14 Oblatio facta cappellæ, seu altari, in dubio præsumitur facta intuitu Ecclesiæ, & est Rectoris non capellani. Genuen. in praxis Neap. c. 57. quæst. 2. n. 3.
  - 15 Occurrente festo principali in die Dominicano, oblationes, si ad diuersos attinent, ratione festi, & Dominicæ, diuidantur. idem ibid. n. 11.
  - 16 Paetio quævis de dividendis oblationibus, irrita sit, & puniatur. Prou. 4.
  - 17 Neq; locari possint oblationes future, neque super his contractus iniri, pena graui, etiam Parochio, proposita. ibid.
  - 18 Neque imagines cereæ voti causa oblatæ venditari possint sepius, incōfuso Episcopo, neque vendi etiam si sint contractæ. ibid.
- V. Missa ritus. n. 21. V. fura. n. 13. 14.

## A D D I T I O.

- 1 Q V. & sunt tempore Iubilæi vel anno sancto in Ecclesia cathe-

drali, spectant ad Archipræbyterum, cui incumbit animarum cura, non ad Episcopum. DD. enm Barbos. de iure Eccl. l. 3. cap. 23. num. 27.

- 2 Quæ sunt imagine depictæ in parte domus alicuius personæ priuatae. Parochiali Ecclesiæ debetur, intra cuius fines situs est paries, nisi offerens obtulisset contéplatione Domini dominus, puta, quia pauper &c. idem n. 26.
- 3 Parochio nimis, non Episcopo, decisum refertur ibid. n. 29.
- 4 Oblata celebranti in Ecclesia, cedunt illius Rectori. ibid. n. 28.

## Olea Sacra.

- 1 E Piscopus duarum ciuitatum debet confidere Chrisma, & Olea Sacra alternis annis in utraque. ca. te referente 12. Gratian. in distep. for. to. 4. discep. 655. num. 74.
- 2 Tempore interdicti potest publicè consecrati Chrisma contra communem probat optimè Barb. all. 31. n. 25.
- 3 Ad eius consecrationem omnino adfint ii, quos vocarat Episcopus. Prou. 1.
- 4 Ad sacra olea accipienda mittantur tres phialæ stanneæ intra capsulam, ita clausæ, ut minister solus Ecclesiæ Cathedralis eam aperire possit nullus aliud in via. Prou. 4.
- 5 Capsula corio sit tecta, vel certe sit lignea. ibid.
- 6 Ab eo deferantur tantum, qui sit in factis. Prou. 2.
- 7 In Cathedrali notetur in libro nomine illius cui dantur. ibid.
- 8 Regulates non aliunde, quam à propria Cathedrali olea sumant, alias purificantur. Prou. 6.
- 9 Et Ordinarij permittant oleum sacrum apud Regulares ad eorum usum tantum. Congr. Episc. 13. Julij 1589.
- 10 In distributione oleorum nihil recipiatur eadem. Septembr. 1604.
- 11 Vetera olea comburantur in lampade, quæ ardet ante Sanctissimum Sacramentum, bombice in sacrificia exusto. Prou. 4.
- 12 In casu necessitatis ut poterit Parochus oleo vetere facio. Congr. Episc. 20. Martij 1590.

13 Sa.